

No. 151

Ms. 151

privilegia ^{ms} S^{me} Trinitatis

54-159





QUINCE-SACRE

172



[Faint, illegible text or bleed-through from the reverse side of the page, appearing as ghostly lines and shapes.]

IN NOMINE SANCTE

Et Individue Trinitatis Patris et filij et spūs sancti ^{Amex}
Nouerint vniuersi et singuli presentis publici instrumenti ^{inspe}
cturi visuri lecturi pariter et audituri Quod nos franciscus de
herreza in decretis licenciatus Capellanus Maior et Canonicus in Sta
Toletan ecclia Cantor collegiate ecclie Sanctorum iusti et pastoris Opidi
De alcalá De henares Toletan Dioc^{is} hereticeq^{ue} prauitatis tam aplice
Ordinaria auctoritatibus in Ciuitate et Dioc^{is} toletan. Inquisitor Offici
alis et vicarius generalis In toto Archiep^{atu} Toletan predicto tam in sp^{iritu}
libus quam In temporalibus Pro illustrissimo et Reuerendissimo in xpo
patre et Domino Domino fratre francisco ximenez de cisneros fauente
misseratione Diuina Sacro sancte Roman ecclie tituli Sancte Balbini
Cardinali Presbitero Sancte q^{ue} toletan ecclia Archiepo hispaniarum
primato Regnorumq^{ue} castelle Archi Cancellario. Nec non in omnib^{us}
Regnis et Dominijs Serenissime et catholice principis Domine nostre
Dne Iohanne castelle Aragonum et vtriusq^{ue} Sicilie iherm nauarre ec
Reginae illustrissime gubernatore generali et in hispania generalissi
tore Vidimus legimus tenuimus palpauimus et diligenter inspexi
mus Que dam sumptuum certarum literarum Aplicarum per di
uersos Sumos pontifices in fauorem Ministri generalis et vniuer
sorum ministror^{um} et fratrum priorum priorissar^{um} seruitorior^{um} clientulor^{um}
Domos Oratorio^{rum} et hospitalium Ordinis Sanctissime Trinitatis Redemp
tionis captiuorum concessarum et indultarum: Quas quidem lras
Apostolicas vidit et diligenter inspexit in suis veris formis. O
riginalibus Reuerendus pater et Dns Dns Iohannes dei et
Aplice Sedis gratia epus Brithonorien. foropopulien. manci
Apostolicus et collecto^r apostolicus generalis in hispania et ip
Semet epus et manceus prefactus iussit eas exemplari et auscul
tari et in publicam transumpti forma poni. Suoq^{ue} sigillo in cap
sa line a^uncera Rubea impresso in cordula Rubea penden^{ti} sigillari
e per discretam virum Alfonsum Deferrera publicum aplice
Auctoritate notarium et eius Secretarium. Signari et Referendari
ut ex transumpto predicto apparuit Qui quidem transumptus fuit
coram nobis presentatus per uenerabilem fratrem franciscum de medina
Subpriorem Monasterij Sanctissime Trinitatis Ciuitatis Toletan no
mine tocius dicti ordinis non Rasus non Cancellatus neq^{ue} in aliqua
Sua parte suspectus Sed omni prorsus vitio et suspitione caren^{ti} ut ex
eodem Aparebat prima facie Cuius tenor de verbo ad verbum
Successiue Sequitur et et est talis



IN DEI NOME HINC EST

Amen Anno a natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexto Indicione
 nona die vero vicesima Quinta mensis Septembris Pontificatus sanctissimi In
 christo patris et Domini Hostei Domini Iulij Quina prouidentia pape Secundi
 Anno eius Tertio. Nouerunt vniuersi hoc presens publicum transumpti in Strume
 tum inspecturi lecturi pariter et audiuri quod nos Johannes Dei et aptice Se
 dis gratia Epus Butthonorien foropoluicn. Nuntius Apticus et collector genera
 lis in omnibus Regnis Hispanie Iudex et comisarius ad infra scripta spate de
 putatus. Vidimus legimus examinauimus palpauimus et diligenter inspeximus nul
 tiplices literas et earundem transupta felicium Recordationu Sanctissimoru in chie
 tani Quinti. Sex Benedicti pape Decimitercij. Vnam Mar
 ti pape Quarti. Vnam Innocentij pape octauu. Duas vnam in forma Breuis et aliam
 in forma gratiosa Alexandri pape Sexti. Nec non quam plurima transumpta aliaz
 literarum in quoddam Registro nobis presentato Descriptarum de Ordine in ordi
 nem secundum sequitur. videlicet confirmaciones plurimoru Sanctissimoru patru
 Nostrorum Dominorum Sixti pape Quarti Iulij pape Secundi clementis pape Qu
 ti Innocentij pape octauu. Clementis pape Septimi Martini pape Quinti Eugeny pp
 Nicholai pape Quinti Calixti pape tercii Alexandri pape Sexti Sixti pape Quarti
 Pij pape Secundi. Alias Innocentij pape octauu. ac alia Transupta aliaru literaz
 Innocentij A camera Aptica extratarum. Earum Veris Bullis plumbeis cum filis
 Sircas Rubei croceiq coloris ac alia Cordula Canapis more Romane Curie im
 pendentis ac alias veris sigillis sigillatas Bullatas Sanas Siquidem et integras
 non viciatas non cancellatas neq in aliquarum et cuiuslibet partem parte suspe
 ctas Sed omni prorsus vicio et suspitione carentes vt in earu et cuiuslibet earum
 prima fute apparebat nobis pro parte Reuerendi Domini fratris Iohannis domiquez
 Ministri monasterij Sanctissime trinitatis Ciuitatis toleti Et prioris et co
 uentus eiusdem monasterij presentatas et per nos ut supra visas et diligen
 ter inspectas. Nos cum ea qua deau Reuerentia noueritis Recepisse hmoi
 Subtenore **BENEDICTVS** Epus Seruus Seruorum dei.
 Ad perpetuam Rei memoriam Tenores qua
 rumdem literarum felicit Recordationis Gregorij pape vndecimi predecessoris
 nostri in Registro ipius Repertos ad Dillectorum filioz Ministri prouintialis
 et fratrum Ordinis Sancte trinitatis Et Redemptionis captiuorum prouintie
 Castelle Secundum morem ipius ordinis Qui dictis literis se asserunt indigere
 Supplicationis instantiam fecimus Anno Etari Qui Tales Sant: Gregorius Epus
 Seruus Seruorum dei Dillectis filiis Ministro generali et alijs fratribus ordinis
 Sancte trinitatis Et Redemptionis captiuoz Salutem et apticam Benedi
 tionem vre Deuotionis Sinceritatis promeretur ut nos paterno fauore prosequi
 tes affectu petitiones vestras quantum cum deo possumus ad exauditionis gratiam
 admittamus. Tenores igitur quorumdam priuilegiarum felicit Recordationis Inno
 centij Tercij et Alexandri Quarti Romanorum pontificum predecessoru nostrorum

confirmatio omni do
mori & iurium or
dini nri Et or hospiti
t. luum.

que incipiunt vetustate Consumi et que inspici et examinari fecimus diligen
ter de verbo ad verbum ad v're supplicationis instantiam presentibus Annotari
fecimus qui tales sunt Innocentius epus servus servorum dei dilectis
filijs Iohanni ministro et fratribus Ordinis Sancte trinitatis tam presentibus
quam futuris Regularem vitam profesis imperpetuum. Operante patre luminu
a quo est omne datu optimu et omne donum perfectum qui Solem suu
ori facit Super Bonos et malos etiam diebus nostris in quibus peccatis exi
gentibus abundat iniquitas et multorum charitas refrigerat nonnullis fan
ente cum eis Domino Signum in Bonu vnde inter alia beneficia que vobis mi
sericorditer impartimur ad gratiaru actiones propensius immitamus posse
riore oblecti et anteriora cum aplo se extendunt Et exierunt veterem ho
minem cum actibus suis et novum qui secundum deum creatus est in due
tes in vite transeunt novitate cum relictis pro deo que possident et non q
sua sunt Sed que ihu xpi querentes voluntaria ellipunt paupertatem et
diuine se subiacent seruituti quorum desiderijs tanto est propensius am
endum quantum per opera pietatis gratia prestant altissimo famulatum.
licet autem secundum apostolum nequi plantat neq qui rigat sit aliqd
Sed merentium dat deus plantationem. Tame vram Nouellam Aplice p
tectionis presidio disposuimus inquirere quats deo prestante misericor
diter merentium fructum pferunt exoptatum Ea propter dilecti in domino
scripti priuilegio conuimus Statuentes ut quascumq possessiones
quecumq bona idem ordo in presentiaru suste ac canonice possidet aut
in futurum concessione pontifici largitione Regu vel principu oblatione fi
delium seu alijs instauracionibus prestante Domino potenter poterit adipisci
firma nobis nrisq successoribus et illibata pmaneat in quibus hec pro
prijs duximus exprimenda vocabulis: Donu Sancte Trinitatis cuius fructu
cum omnib pertinentijs suis Ecclesie de planelis cum omnibus pertinentijs
suis Donu Burgurgine cum omnibus pertinentijs suis apud masiliam Do
nu Portegallite cum hospitali Sancti Martini et alijs omnibus ptenen suis
apud arelaren Donu Sancte Trinitatis Cumecclesijs et alijs pertinentijs suis apud
Sanctum Egidium hospitale Sancti Iacobi cum omnibus pertinentijs suis apud Ille
vidam hospitale quod dicitur petri molinarci cum omnibus ptenen in illerden do
cessis Donu De anugania cum omnibus pertinentijs suis et possessiones quas no
bilis vir petrus de villonisu nobis apud Iaconam pia liberalitate concessit Donu
De tunilla cu omnibus ptenen suis Hospitale Sancte Trinitatis Sicum appud toletu
cum ecclesia et omnibus ptenen suis possessiones quas Garsias Archidiaconus to
letan vobis apud Archicollam et toletum cum omnibus ptenen suis pia liberalitate
concessit Domo Quas habetis apud Godamilam cum omnibus ptenen suis apud Se
goziam hospitale cum ecclesia Sancte trinitatis et omnibus ptenen suis hospitale
Sancte Trinitatis apud Burges cum possessionibus De villa quimara et alijs per
tinen suis possessiones et alia bona q nobilis mulier Catalana apud gormetes et lu

tota terra de Burgis pia nobis liberalitate concessit Domum de Tumilla cum omnibus
 pertinentiis suis domos possessiones et alia bona que habetis in quimara de tivo et in Ru
 gos de Breoua et in sancto Vincentio de Buezo cum omnibus pertinentiis suis domos posse
 siones de galis cum omnibus pertinentiis suis possessiones et alia bona que habetis in quintane
 la la moncissa cum omnibus pertinentiis suis Domum de Barzana cum omnibus pertinentiis
 suis apud Cosmedies ecclesiam cum possessionibus et alijs pertinentiis suis in villa que di
 citur inter ecclesias domos possessiones cum omnibus pertinentiis suis in villa sancti Emetery
 domos cum omnibus pertinentiis suis constancias et alia que in Regno aragonum de Regia
 Donatione habetis etiam Beati thome de formis in urbe cum omnibus pertinentiis suis
 hospitale cum ecclesia sancte trinitatis de daroca que solet dici sancti martij cum omnibus
 pertinentiis suis hospitale sancte trinitatis de castro nouo cum omnibus pertinentiis suis hospita
 le cum ecclesia sancte trinitatis ponnis Regne cum omnibus pertinentiis suis ecclesiam sancte
 trinitatis de fonte ihu cum redditibus et alijs pertinentiis suis hospitale de Bray cum
 omnibus pertinentiis suis hospitale sancte trinitatis descampis quod solet dici elemosi
 na Britonum cum omnibus pertinentiis suis apud parisijs hospitale cum ecclesia sancte
 trinitatis et cum capella in Rauemolendino cum omnibus pertinentiis suis Siquam vero
 loca deserta fuerint eidem venerabili Ordini ab aliquo pia deuotione collata liceat vobis
 ibidem edificare villas ecclesias et cetera ad opus hominum ibidem morantium fabricare ita
 tamen ut illa mania abbatia vel Religiosorum collegio non existat que ob hoc valeat per
 turbari Sane noualium vinearum que proprijs manibus aut sumptibus colitis siue de nu
 trimentis animalium vinearum ortorum post factam in ordine vobis professionem fas sit absque
 ministerij sui licentia in sacrorum Religionis obtenta de eodem ordine discedere discedere
 vero absque communium litterarum cautione nullus audeat Retinere Cisma vero Oleum sancti
 Consecrationes Altarium seu Basilicarum vicarum ordinationes clericorum vicarum qui ad sa
 cros Ordines fuerint promouendi Et cetera ecclesiastica sacramenta a diocesano suscipiens
 Episcopo si quidem Catholicus fuerit et gratiam et communionem sancte Romane Sedis ha
 buerit et ea vobis voluerit sine prauitate qualiter exhibere alioquin liceat vobis que
 cumque malueritis Catholicam adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis
 habentem qui iuris auctoritate vobis quod postulatur impendat Cum autem in
 terdictum generale terre fuerit liceat vobis clausis Januis exclusis excoicatis et inter
 dictis non pulsatis Campanis suppressa voce diuina officia celebrare Sepulturam
 prepterea locorum vicariorum liberam esse discernimus ut eorum deuotioni et extreme volun
 tati qui se illic Sepeliri Deliberauerint nisi forte excoicati interdicti sint nullus ob
 sistat salua tamen iusticia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur
 obeunte vero te nunc eiusdem Ordinis ministro uel tuorum quolibet successorum nu
 llus ibi qualiter surretionum astutia seu violentia preponatur nisi que fratres comun
 Consensu uel fratrum pars consilij seniorum secundum Dei timorem Canonice prouide
 rent eligendum paci quoque et tranquillitati vre paterna in posterum sollicitudine
 prouidere volentes Auctoritate apostolica districtus inhibemus ut iuxta clausura
 locorum vicariorum nullus Rapinam seu furtum facere ingenereponere Sanguinem fu
 dere hominem temere capere uel interficere seu violentiam audeat exercere Decernimus
 Ergo ut Nulli omnino hominum liceat prefatum Ordinem temere perturbare uel
 eius possessiones auferre uel oblatas Retinere minuire seu quibuslibet vexandis

prout freres edificare ecclesias
 villas et cimiteria et mo
 nasterium quodcumque

Pro ordinandis auctoritate

diuina officia possunt tpe
 interdicti celebrare et clausis
 Januis et
 Sepultura eligere prout in
 domibus nostris

furtum Rapinam aliquo
 in carcere presumat in
 domibus nostris

fatigare sed omnia integra conseruentur eorum pro suorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt. Visibus omnimodis profutura salua sedis aplice auctoritate et auctoritate Episcopi Canonica iusticia si igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc in constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptauerit secundo tertioque comunita nisi ratum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisq; sui careat dignitateque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat ac a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris domini nostri ihesu christi aliena sunt atq; in extremo examine distinte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco suis iura seruientibus sit pax domini nostri ihesu christi qua tenus et hic factum bone actum percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant Amen Amen Amen Datum Buterby per manu iohannis Beate Marie in cosmedim Diachoni Ca^{lis}. Sancte Romane ecclesie Cancellarij. Xij. kal^{is} Julij Inditione duodecima Anno incarnationis dominice millesimo duocentesimo nono pontificatus vero domini Innocentij pape tercij Anno duodecimo.

*pena antea
quibus hinc vexa
tio in casu fatigatis
in ordinem ab
innocentio imposta.*

Alex^{us} 4^{us}
Liberta al^{to} con^{to}
de pagar diez
mos. = = =

Item Alexander episcopus seruus seruorum dei venerabilibus fratribus Archiepiscopi et Episcopi et dilectis filiis Abbatibus prioribus et decanis Archidiaconis et Prepositis et alijs ecclesiarum prelati ad suos lre iste pueniunt salutem et aplicam benedictionem. Non absq; dolore cordis et plurima turbatione didicimus quod in ipsis partibus ecclesiastica censura dissoluitur et Canonice sententia serenitas enerbatur ut viri religiosi et ij maxime qui per sedis aplice priuilegia maiori donati sunt libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustinent et rapinas dum vix inuenitur sui congrua illis protectione subueniat et profouenda pauperum innocentia se nunci defensio opponant spate autem dilecti filij maior minister et fratres Ordinis sancte trinitatis et captiuorum tam de frequentibus iniurijs quam ipso quotidiano defectu iusticie conquerentes vniuersitatem vram litteris petierunt aplicis excitari ut itaq; eis in tribulationibus suis contra eorum malefactorum res preterea debeatis magnanimitate consurgere quod ab angustijs quas sustinent et presuris vris possint presidio respirare. Ideoq; vniuersitati vre p aplicam scripta mandata atq; precipimus Quas illos qui possessiones vel res seu domos dictorum fratrum irreuerenter inuasorint aut ea iniuste detruerint que predictis fratribus ex testamento decedentium Relinquant seu in ipsos fratres uel ipsorum aliquem contra aplicam sedis indulta sententiam et excois interdicti presumpserit promulgare uel decimas laborum etiam de possessionibus hinc ante concilium generale quas proprijs manibus aut sumptibus excollunt de quibus aliquis hactenus non percipit seu nutrimentis animalium suorum sprehtis aplicam sedis priuilegijs extorquere nomione premissa. Si laici fuerint publice candelis accensis singuli vrm in vris Diocessibus et ecclesijs vris excommunicationis sententia precellatis. Si vero clerci uel Canonici regulares seu monachi fuerint eos aplicam remota ab officio et beneficio suspendatis neutram Relaxaturi sententiam excoicationis et interdicti donec predictis fratribus plenarie satisfiant. Et tunc laici quam clerci seculares qui pro uolenta manu in seditione in fratres ipsos uel ipsos uel ipsorum aliquem anatematis vinculo fuerint Innotati cum dicti Episcopi litteris ad sedem aplicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolui Datum Laterani m^o nono Martij pontificatus nri Anno septimo. Los itaq; vris supplicationibus inclinati hinc



*fratres aliquos Inu
rias. l. molestiam sup
legari decimas per
nri*

Manus inopertentis in fr

5

privilegia auctoritate apostolica Innocentius et presentis scripti patrocinio communibus per
hoc autem nullum sus vobis de nouo acquiri volumus sed antiquum tantummodo conser-
uari. Nulli ergo oio hominum liceat hanc paginam nostre inuentionis confirmationis et
voluntatis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare
presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum petri et pauli aposto-
lorum eius se noverit incursurum. Datus apud villam nouam auinionensem die 7 mensis septem-
bris pontificatus nostri Anno Secundo. Ceterum ut earundem litterarum tenores pre-
dicti sic inserti omnimodam rei seu facti certitudinem faciant apostolica auctoritate
Decernimus ut illud idem robur eamque vim eumque vigorem dicti tenores per omnia
habeant sive habent originales littere supradicte et eadem prorsus eisdem tenoribus
fides adhibeatur quandoque et ubicumque in iudicio vel alibi ubi fuerint exhibiti
vel ostensi. Et eisdem stetur firmiter in omnibus sicut eisdem litteris originalibus
staretur si forent exhibite uel ostense. Per hoc autem nullum sus eisdem provin-
cia provinciali et fratribus provincie castelle de nouo acquiri volumus sed anti-
quum si quod habent tantummodo conseruari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc
paginam nostre constitutionis et voluntatis infringere uel ei ausu temerario contraire.
Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac be-
atorum petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datus Vertuse Secundo
idus Decembris pontificatus nostri Anno Vicesimo. **Benedictus** Episcopus
seruus seruorum dei ad perpetuam rei **Benedictus** memo-
riam tenores quarundam litterarum felix recordationis clementis pape septimi
predecessoris nostri in Registro ipsius repertos ad dilectorum filiorum Ministeri-
provincialis et fratrum Ordinis sancte Trinitatis et redemptionis captiuorum pro-
uincie castelle secundum more ipsius Ordinis qui dictis litteris se afferunt indi-
gere supplicationis instantiam fecimus presentibus annotari qui tales sunt:
Clementis Episcopus seruus seruorum dei dilectis filiis ministro et fratribus Ordi-
nis sancte Trinitatis Redemptionis Captiuorum salutem et apostolicam benedictionem.
vire deuotionis sinceritatis promeretur ut vos et ordinem vestrum paterno prosequen-
tes affectu petitiones vestras quantum cum deo possumus ad exauditionis gratiam admi-
tamus. Tenorem igitur quarundam litterarum felix recordationis alexandri pape quarti
predecessoris nostri que incipiunt verustate consum et quas inspicere et examinari fe-
cimus Diligenter de verbo ad verbum ad vire supplicationis instantiam presenti-
bus Annotari fecimus. Quitalis est. Alexander episcopus seruus seruorum dei venerabi-
libus fratribus Archiepiscopus et episcopus et dilectis filiis abbatibus prioribus Decanis ar-
chidiaconis plebanis Archipresbiteris et alijs ecclesiarum prelati ad quos littere iste puen-
erint salutem et apostolicam benedictionem. Circa opera pietatis vos non credimus di-
fficiles inuenire ad que tenemini per vos ipsos. Tam exemplo quam verbo vestros sub-
ditos inuitare licet autem Debeat omnibus benignitatis vire gratiam exhibere ac
in pro eos proposito adiuuare. Dilectis tamen filiis ministro et fratribus Ordinis
sancte Trinitatis et Redemptionis captiuorum tanto tenemini ampliore prestare
fauorem quanto iudem per hospitalis opera et captiuorum redemptionem quibus sunt
dediti. Debent dei et hominum gratiam obtinere plenius. Monemus igitur vniuersitate

predicatores & elemosi-
narios recipere man-
datis clericis & mior-
ritone elemosinarij
gsequunt remissiones
peccatorum

vram et hortamur atente ad instar felix Recordationis Innocentij pape predeces-
soris nri p aptica Scripta precipiendo mandantes Quats Singuli vrm parrochias
Suos moneat Diligentius et inducat et ex parte nra in Remissionem eis insun-
gant peccatorum ut nuntijs eorum Qui pro elemosinis fidelium ad sustentatio-
infirmorum et pauperum nec non pro Redemptione Captiuorum colligendas ad paz-
tes vras accedunt grata subsidia et pias elemosinas largiantur ita ut quod
pauperibus contulerint p manus eorum in terras ibi p manus pauperum thesau-
rent in celis lras etiam quas fratribus ipis concessimus Parrochiam vras di-
ligenter et fideliter exponatis Mandatum nrum taliter impletum Quod ex
hoc prepter Diuine retributionis gratiam nos vobis et ecclesijs vris fortius
obligens Dat Lateran xv Ids Februarij Pontificatus nri Anno Secundo
Nos itaq in hac parte Supplicationibus vris inclinati predictas lras et co-
tenta in eis auctoritate Aplica Innouamus et presentis Scripti patrocinio
comunitus p hoc autem nullum sus alium acquiri volumus Sed antiquiore
tantummodo conseruari Nulli ergo oio hominum liceat hanc paginam nre
Innouationis et conuentionis infringere uel ei ausu temerario contraire
Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis
dei et Beatorum Aptorum petri et pauli eius se noverit Incursurum Dat Aue-
nonen Non maij pontificatus nri Anno Terodecimo Ceterum ut eandem
lram tenores predicti sic inserti Omnimodam Rei seu facti certitudinem
fiant Aplica auctoritate Decernimus ut illud idem Robur eamq vrm eius
q vigore dicti tenores per Omnia habeant sive haberent Originales lre
Supradicte et eadem p resus eisdem tenoribus fides adhibeatur quancumq
et vbiq in iudicio vel alibi vbi fuerint exhibiti uel ostensi ac eisdem ste-
tur firmiter in omnib Sicut eisdem lris originalibus staretur si forent
exhibite uel ostense per hoc autem nullum eisdem ministro prouinciali
et fratribus prouincie castelle de nouo acquiri volumus Sed antiqua si
quod habeant tantummodo conseruari Nulli ergo onino hominum licet hanc pagi-
nam nre constitutionis et voluntatis infringere uel ei ausu temerario contraire
Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem Omnipotentis dei
et beatorum petri et pauli aptorum eius se noverit Incursurum Dat Deuise m Non
Maij Pontificatus nostri Anno vicesimo **B**enedictus epus ser-
uus seruorum dei Venerabilibus fratribus Aunen ac **B**enedictus epus ser-
uus seruorum dei Quatenus Epis Salutem Et aplicam Benedictionem ad futuram Rei memoriam
Sincere deuotionis affectus quem dilecti filij ministri et freres Ordinis sancte
Trinitatis et Redemptionis captiuorum In Regnis et Terris Regis castelle diuoni
Subiectis ac nonnullis alys mundi partibus consistentes ad nos et Romanam gerunt
ecclesiam promerent ut ad illa fauorabiliter intendimus sive eis fore conspicimus op-
portuna Exhibita Siquidem nobis nup pro parte dictorum ministrorum et fra-
trum peticio continebat Quod licet ipi tan exultis aptice Sedis quam de an-
tiqua et approbata consuetudine in eisdem Regnis et partibus ad predican-
dum seu proponendum Verbum Dei In ecclesijs coram populo pro elemosinis
Et charitatis Subsidijs ad oppus Redemptionis Captiuorum petendis freres

ps. in v. s. p. p. g. d. a. t. o.

ipos seu nuncios suos mittere ydemq; fratres siue nuntij absq; impedimento
 et contradictione quibuscumq; ibidem recipi et admitti soliti sint tamen nonnu
 lli locorum diocessani et officiales eorum ac ecclesiarum Cathedralium Capitula
 Nec non dilecti filij hospitalis sancti Iohannis hierosolimitani ac sancti Ia
 cobi despata Calatraue et alcantare millitarum magistri seu preceptores in eoru
 ecclesijs et locis eosdem fratres modernis temporibus super premissis impe
 diunt ac elemosinas et subsidia hmoi petere nec non pialegata p fideles de
 fundos eis Relicta petere non permittunt Donec licentiam seu lras dimissio
 nas ab eis obtinuerint pro lruaru scripturis et sigillis ac ecclesiarum fabricis
 alijsq; sumptis occasiombus terna uel quarta parte elemosinaru et subsidioru
 aut legatorum hmoi seu alias pecunias quantitates exigunt Et ab eis extor
 quere mtuntur In magnum Ordinis Ministroru et fratrum nec non Captiuoz
 predictorum presudium et grauame Quare pro parte Ministroru et fratrum
 predictorum nobis fuit humilr supplicatum ut prouidere eis sup hys de
 opportuno remedio De benignitate aptica dignaremur Nos igr attenden
 quod tantu ministrorum predictorum et fratru sui captiuos christianos
 De manibus infidelium Sarracenu Redimunt presudiu et grauame
 ac iporum Captiuoru dispendiu Quibus ex debito pastoralis officij tenemur
 patrocinium impartiri Clausis non debemus Oculis pertransire eorundem mi
 nistorum et fratrum in hac parte supplicationibus inclinati Eis dem minis
 tris et fratribus Aptica auctoritate ex certa scientia concessimus ut ipi seu
 eorum nuntij absq; alicuius loci Dioc; officialis Capituli siue hospitalis
 aut millitarem predictarum magistorum seu preceptorum aut cuiuscunq;
 alterius licentia seu consensu ministros et frs seu nuntios huiusmodi
 mittere ydemq; ministri et fratres Et nuncij Verbum dei ut prefertur pro
 ponere seu predicare ac elemosinas subsidia et legata iuxta modum et
 consuetudinem hmoi absq; lras suorumq; et solutione tertiae aut quarte
 pars seu alterius quantitates pecuniaru hmoi Similr petere et recipere
 libere et licite valeant Quacumq; consuetudine contraria non obstante

Nos enim eisdem diocessani Officialibus Captis magis ac preceptoribus
 quibusuis alijs ad quos presentes puenerunt In virtute sancte obediem
 pcpimus et Mandamus Quats eosdem ministros fratres et nuncios m
 missis fauorabilr habeant Recomissos in hiben. eisdem diocessani officia
 libus Captis magis preceptoribus et alijs predictis ne eosdem ministros
 fratres seu nuntios super premissis quouis queso colore impedire presumat
 ac decernent ex tunc irritum et inane Si secus sup hys a quoqua quauis
 auctoritate scienter uel ignoranter contigerit attemptari Quocirca fra
 ternitati vire paptica scripta mandamus Quats vos uel duo aut vnus vtz
 p uos uel alium seu alios non pmitatis ministros frs et nuncios supra
 dictos contra concessionem et inhibitionem hmoi ab eisdem diocessani
 Officialibus Captis magis seu preceptoribus uel quibusuis alijs quoti
 molestari molestatores hmoi ac Contradietores Quost et rebelles cuius
 cumq; dignitatis seu preheminentie fuerint Auctoritate nra aptone.

par predicare et legare p
 ut elemosinas sine solutione
 tertiae l. quartae partis in q
 amq; loco cuiuslibet ordinis
 l. dioc; et militiaru

para la casa de Berge

postposita Compescendo Non obstante Consuetudine Supradicta Seu Si eis de
Diocessan Officialibus Caplis magris preceptoribus uel quibusuis alijs conter
uel diuissim a dicta sit sede indultum quod interdicti Suspendi uel excoica
ri non possint per lras Aplicas non facien plenam et expressam ac de verbo
ad verbum de indulto hmoi mentionem ac iporum personis et locis ordi
nibus ac nominibus proprijs Mentionem Dat pamscole Dertusen Dioc
xiii^o Idus augusti Pontificatus nri anno Decimo nono. **Benedictus** †
Epus Seruus Seruorum Dei venerabilibus fratribus **B** Archiepo to
letan Et Callaguritan Epō ac dilecto filio abbati monasterij Sancti fa
cundi Legionen Dioc Salutem Et aplicam Benedictionem exhibita nobis
pro parte Dillectorum filiorum ministri prioris et fratru Domus Bur
gen Ordinis Sancte Trinitatis et Redemptionis Captiuoru peticio Continebat quod
licet ipse etiam de Antiqua et approbata hactenus pacifice obseruata Consuetudine
Impacifica et Queta possessione Corporu Quorumcumq; De functoru apud prefactu
Monasteriu Cupientium Sepelliri et elligentiam ac Quicumq; perqos et alios eide
Domui legata Recipiendi et habendi existerent Tamen Dillecti filij Decanus et Caplis
Ecclie Burgen eosdem ministrem priorem et fratres dicta possessione Contra
iusticiam spoliarunt Cum igr spoliatis iuste sit restitutionis Beneficio Succu
rendum Discretioni vre per aplica Scripta mandamus Quats si est ita prefactus
ministro priori et fratribus ad hmoi possessionem Sicut iustum fuerit restituat
Audiant causam Et aptone Remota debito sine Decidatis facientes Quod decreue
rit per censuram eccliasicam firmiter obseruari Testes autem Qui fuerint nomi
nati Si se gratia uel timore Subtraxerint Censura simili appllatone Cesante com
pellatis testimoniu veritan perhibere Tam felicitis Recordationis Bonifacij pape
octauu predecessoris nri in quibus Quetetur nequis extra suam Ciuitatem et dioc
nisi in certis Exceptis casibus et in illis ultra vnam Dietam a fine sue Dioc ad
iudicium euocetur Seu ne iudices a sede aplica Deputati aliquos ultra vnam die
etiam a fine Dioc eorundem Trahere presumant Ac de Duabus Dietis in Concilio
generali editis Quam alijs constitutionibus Aplicis Contrarijs Quibuscumq; aut
Si eisdem Decano Et caplo uel Quibusuis alijs comuniter vel diuissim ab eadem sit
sede indultum quod interdicti Suspendi uel excommunicari non possint per lras
Aplicas non facien plenam Et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hmoi
mentionem Quod si non omnes his exequendis potueritis interese Duo aut vnus
vrm Ea nichillominus Exequantur Dat pamscole Dertusen Dioc viij^o idus
Julij pontificatus nri Anno viceesimo tertio **Benedictus** Epus ser
uus Seruorum Dei dilectis filiis ministri **B** Et frat
bus Ordinis Sancte Trinitatis et Redemptionis captiuoru Salutem et apli
cam Ben Cum a nobis petatur Quod iustum est et honestum Tam vigor equi
tatis Quam Ordo exigit rationis ut p sollicitudinem officij nri ad debitu perdu
catur effectum Ea propter Dillecti filij in Domino vris iustis postulationibus
orato Concurrentes assensu Omnes libertates Et Immunitates a predecessori
bus vris Romanis pontificibus Seu per priuilegia Seu alias indulgencia
vobis Et ordini vro Concessas nec non libertates Et exemptiones Secularium

Confirmatio gratiarum
et indulgentiarum nri ordinis

exactio[n]um a Regibus et principibus et alijs christi fidelibus Rationabili
 vobis et Ordini v[ost]ro indultas sicut eas iuste et pacifice possidens ea vobis et
 vos Ordini eidem auctoritate Aplica confirmamus et presentis scripti patro
 cimo comunimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam n[ost]re
 confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire Siquis autem hoc
 attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum pe
 tri et pauli ap[osto]lorum eius senouerit incursum Dat[um] paniscole Dertusen[is] Dioc[esis]
 n[ost]ri k[al]s Julij pontificatus n[ost]ri Anno vicesimo tertio

Benedictus

Ep[iscopu]s seruus seruorum dei ad perpetuam rei me
 moriam exigit deuotionis sinceritate[m] et pie religionis sub qua dilecti filij p[ro]f
 fessores Ordinis sancte Trinitatis redemptionis captiuorumque virtutu[m] domino
 famulatum impendunt p[ro]meretur honestas ut petitiones suas illas p[re]fer
 tim que animar[um] salutem respiciunt quantum cum deo possumus ad exaudi
 tionis gratiam admittamus Hinc est quod vos dilecti filij provincialis dicti
 Ordinis prouincie castelle secundum morem ipsius Ordinis in hac parte de
 uotis precibus inclinati eidem Ordini ut eius prelati seu presidentes etia[m]
 secundum morem ipsius perseucl alij seu alios quoscumque professores eius
 qui sunt et erunt pro tempore a quibuscumque excommunicationu[m] sententijs
 a iure uel ab homine generali promulgatis si quas incurrerint et ipsos inea
 rere contigerint in futurum in casibus fratrum Mendicantiu[m] Ordinibus
 generali concessis si hoc humiliter petierint in forma ecclie consuetar[um]
 auctoritate Aplica absoluendi necnon cum eisdem professoribus super irregu
 laritate seu irregularitatibus siquam uel si quas h[ab]uerint legati sententijs eccl[esi]e
 brando diuina uel immiscendo se illis non tamen in contemptum clauium
 contraxerint prout h[ab]uerint fratrum mendicantiu[m] Ordinibus est permissum
 eadem auctoritate dispensandi eligendi quoque ex eisdem professoribus quos
 voluerint sui prelatos seu presidentes h[ab]uerint in eisdem casibus absoluere et
 secum dispensare valeant ut prefertur plenam et liberam concedimus fa
 cultatem Tenore presentiu[m] Nulli ergo omnino hominu[m] liceat hanc pagi
 nam n[ost]re concessionis infringere uel ei ausu temerario contraire Siquis au
 tem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et be
 atorum petri et pauli ap[osto]lorum eius senouerit incursum Dat[um] paniscole
 Dertusen[is] Dioc[esis] xvi k[al]s Julij pontificatus n[ost]ri Anno vicesimo tertio

Hartinus

Ep[iscopu]s seruus seruorum dei dilecto filio Abba
 ti monasterij sancti petri de Cardena Bur
 gen Dioc[esis] salutem et aplicam benedictionem hijs que p[ro] statu et augmento
 monasterioru[m] et piorum locoru[m] ac personaru[m] in eis sub regulari habitu vir
 tutum domino famulantiu[m] miserabiliumque p[er]sonar[um] comodo et utilitate pro
 uide facta sunt ut illibata consistant libenter cum a nobis petuntur ad iuncu[m]
 aplici munus firmitatem sane pro peticio[n]e pro parte dilectorum filioru[m] pro
 uincialis et alioru[m] ministroru[m] ac fratrum Ordinis sancte Trinitatis Redemp
 tionis captiuorum secundu[m] morem dicti Ordinis p[ro]uincie castelle vuentium

irregularitate aq[ue]q[ue] seu
 excommunicatione a iure. l. ab ho
 mine facta p[ro] prelatos ordi
 nis p[ro]t[er] absolui prout e
 mendicantiu[m] est p[er]missu[m]

confirmatio p[ro] d[omi]no
 p[ro]uincie p[ro]p[ri]e

Nobis nuper exhibita continebat quod olim bone memorie Henricus Rex castelle
 et legionis pie Considerans et attendens multos christi fideles partu illaru
 sue sarracenis et christi nominis inimicis vicine et confines existunt sepe
 capi et miserabiliter etiam in duris Carceribus intrudi et inibi Detineri
 prefactosq; ministros et fratres Tam de proprijs eorum Bonis quam elemo
 siuis que ipis per christi fideles Quotidie pro eorundem fidelium Redemp
 none erogantur Captiuos ipos De manibus dictorum Sarracenoru Reddi
 mi et liberari volensq; dictus Rex ac considerans se hmoi boni et pijs opis
 participem fieri Omnia Bona videlicet Quintos Mostrencos Desemparenta
 dos et algaribos uulgariter nuncupata et non nullas alias Res ad eundem
 Regem spectantia ac in Regnis et Dominijs suis consistentia cum omni
 bus iuribus et pertinentijs suis Ministris et fratribus ac Ordini prefa
 ctis pro eorundem fidelium Redemptione liberati Concessit et Donauit ac
 voluit et mandauit quod nullus alius de Bonis et Rebus ipis se intrinse
 re uel illa Occupare aut Detinere presumeret Quoquomodo et subsequentez
 Carissimus in christo filius noster Iohannes modernus Rex castelle et legionis
 illustris eiusdem Henrici nauis concessionem et Donationem hmoi cum
 simili voluntate et mandato confirmauit prout in eorundem Henrici
 et Iohannis Regum lris authenticis eorum sigillis munitis plenius et lati
 dicitur contineri Quare pro parte ministrorum et fratrum predictorum
 nobis fuit humiliter supplicatum ut Concessioni Donationi et confirma
 tioni prefactis et alijs in dictis lris contentis Robur Aptice Confirmati
 onis adycere de benignitate Aptice dignaremur Nos igitur pium di
 ctorum Henrici et Iohannis Regum propositum plurimum in domino
 comendantes hmoi supplicationibus inclinati Discretioni tue papae
 scripta Mandamus Quatenus si est ita concessionem Donationem et con
 firmationem predictas et alia in ipis literis Quatenus Tenores haberi vo
 lumus pntibus pro expressis contenta dum tamen non obient Cano
 nicis institutis ac in alicuius non vergant presudiu auctoritate
 nra Confirmare procures Dat. Rome apud sanctum petrum idus no
 uenbus pontificatus nri Anno Quarto **NICHOLAUS** Epus
 Seruus Seruorum Dei ad futuram Reimemou
 prouisionis nre Debet prouenire subsidio ut lus susi custi Conserue
 tur hinc est quod nos Tenore Quarundam ltrarum bone memorie bal
 dasaris Epi Tusculani Iohannis xxiii in sua Obedientia nuncupati in
 Regio ipius Baldasaris repectum dilectorum filiorum ministro
 rum ac fratrum Ordinis sancte Trinitatis Redemptionis captiuorum
 prouintie castelle uix morem ipius Ordinis asserentium se pro defen
 sione iuris sui Tenorem earundem ltrarum indigere in hac parte sup
 plicationibus inclinati De verbo ad verbum transcribi et ad iporum
 prouintialis ministrorum et fratrum instantiam pntibus annotari
 fecimus Qui talis est Iohannes Epus seruus Seruorum dei ad perpetuam
 Rei memoria ad ea libenter intendim p que psone religiose diuims

Confirmatio priuilegij
 donationis Regum sup
 mostrencos et algaribos
 et ab intestato et facta
 a Summo pontifice et Robur
 q; molestans

Johannes. 23.

laudibus et pijs operibus Dedite in eos Bono proposito iugiter perseverare
 valeant et ut ab Omni Molestia Se eludantur ea que circa ipsos potissi-
 me p Sumos Pontifices predecessores nros Rationabiliter pie per
 Acta fuerunt Cum a nobis petitur nre Confirmationis ad nunciulo sane
 Dudum felix Recordationis Alexander papa nri predecessor noster
 per Suas litteras Vniuersos christi fideles monuit et exhortaba-
 tur ipis in Remissionem peccaminum Insurgendo ut accedentes ad
 ipsos pro Tempore nuntios Dillectorum filioru ministroru et fratru
 Ordinis Sancte Trinitatis et Redemptionis Captiuor Benigne
 Recipere et honeste Tractare eis grata Subsidia et pias elemosi-
 nas Conferendo nichillominus Omnibus christi fidelibus qui de
 facultatibus Suis eisdem fratribus subuenirent et in eorum Sancta
 fraternitate statuerent se collegas ipusq grata charitas Subsidia ero-
 garent Tres annos et Quadraginta dies De inunctis eis penitentis
 auctoritate Aptica Relaxauit et subsequenter per pie memorie Cle-
 mentem papam Sextum predecessorem nrm intelcto quod cum nri fra-
 tres pro confatribus et elemosinis pauperu Requirendis iusta con-
 suetudinem eorum ante predicta confirmata ad ecclias quorundam
 presbroz accederent nri presbueri eos recipere nolent nisi prius ab ipis
 certam partem elemosinarum quas eis fideles christi erogarent pro sue
 voluntatis Arbitrio extorqre Unde predictus clemens predecessor p quas
 dam suas lras Vniuersis Archiepis epis ac Abbatibus prioribus Deca-
 nis Archidiaconis prepositis archiepis alijsq eccliarum prelati ad quos
 dicte lre sue peruenerint percipiendo auctoritate predicta mandauit
 ut Omnibus et Singulis pbris eorum potestate subiectis sub pena am-
 sionis officij et beneficii Iniungerent quod predictos frs uel eoz nu-
 tios in ecclis suis ad oppus pauperum predicare et elemosinas petere
 sine qualibet contradictione permitterent Salua moderatione Concilij gene-
 ralis nec aliquod ab eis exigere uel extorquere presumerent Et insuper
 prefati predecessor eosdem ministros fratres et Ordinem diuersis alijs
 voluntatibus indulgentijs Inmunitatibus concessionibus et priuilegijs
 cominuenerunt prout plenius continetur in eisdem lris quaru tenores pre-
 sentibus inseru fecimus et Sunt Tales Allexander epus seruus seruoz
 dei Vniuersis christi fidelibus ad quos lre iste peruenerint Salute et apos-
 tolicam Benedictionem Si uix Sententiam Sapientis inter ipus seminari
 di discernimus Et metendi Seminare Debemus interis quod cum multi-
 plicato fructu Recoligere valeamus in celis fatientes nobis de mamona iniqui-
 tatis Amicos Et cum defecerimus in eterna Tabernacula nos admittant Sic
 Thesaurizamus nobis in celo Thesaurus ubi fures no effodiunt nec furan-
 tur Sic terrena in celestia et Transitoria in eterna felici comerno Comuta-
 mus licet autem indigentibus vniuersis Opere teneamus uiscera Charitatis
 illis tamen specialibus et abundantius qdam libertate debemus gras

Alexander
4.

Tres annos
et quadraginta dies

in missis
officiis et
beneficiis

Elemosinas erogantibus tres annos
Sumus pontifex relaxat & qua-
draginta dies.

frs predicare & eoz nuntios
mandat presbiteris no plubere
& de elemosinis no petant
quid. sub pena amissionis officij
& beneficii

exhibere sui cum sint pauperes spu sponte subueniunt Onera paupertatis ut
 pauperibus possint copiosius subuenire Dum tanquam nichil habentes et omnia
 possidentes uellint penuriam pati et Abundare didicerunt Cum Aplo abu-
 dant pauperibus sibi egent et in se aliorum Egestatem assumunt ut ex indi-
 gentia liberali liberalius ministrent hospitibus et egenis hec uero Quauis mul-
 ti laudabiliter exequantur illi tamen student laudabilius adimplere Qui hos-
 pitalitati vacant et non solum rescipiunt hospites Sed et trahunt illud pro-
 feticum exequentes frange esurientem panem tuum et egenos uagosque in duc
 in domum tuam Cum uideris nudum Operi eum et Carnem tuam non despe-
 xeris hi enim cum pascunt esurientes Sicientes potant colligunt hospites
 nudos uestiunt et non solum infirmos uisitant Sed eorum in se infirmita-
 tes assumunt ministrent in Carcere positos et quibus in infirmitate participant
 comunicant in Sepulturam Defunctorum illa Omnia exequuntur propterque
 Dominus in ultimo Dissectionis examine Bonos Remuneraturum et malos se-
 asserit puniaturum Cum igitur dilecti filii magistri et fratres Ordinis Sancte tri-
 nitatis et captiuorum ad hoc totis uiribus elaborant ut undique confluentium
 egenorum et egrorum necessitatibus ac Redemptioni eorum captiuorum pariter
 se exponant ad instar felicis Recordationis Innocentij pape Quarta predecesso-
 ris nostri vniuersitatem uestram monemus et hortamur in Domino ac in remi-
 sione uobis injungentes peccatorum Quas ut eo operatores sitis operum pietatis
 accedentes ad uos eorum nuntios benigne recipere et honeste tractare curetis
 eis grata subsidia et pias elemosinas conferentes ut quod pauperibus contu-
 litis per manus eorum intextis uobis per manus eorundem pauperum the-
 saurizent in celis Cum aplo sentientes Quomiam qui parce seminat parte eme-
 tet et qui seminat in benedictionibus De benedictionibus et mettet uitam
 eternam Nos autem De Omnipotentis Dei misericordia et Beatorum petri
 et pauli apolorum eius auctoritate ac ea quam nobis indulsit Dominus potes-
 tate Confisi Omnibus qui de facultatibus suis ipsis subuenierint et in tam
 sancta fraternitate statuerint se collegas eiusque Beneficia prestauerint annu-
 arum Tres annos et quadraginta dies De iniuncta sibi penitencia Relaxamus au-
 toritate aptica statuentes ut hijs que eorum fraternitatem assimserint si ee-
 ad quas pertinent fuerint interdite ipsosque mori contingerat nisi ex comuni-
 catione uel nominati interditi fuerint Sepultura eccliaistica non negetur Nulli
 ergo omnino hanc paginam nostre concessionis Ordinationis et uoluntatis
